

vis vnus aut alter inueniatur. Hic postquam ordini Car-
dinaliū me inscripsit Varmientem quoq; ecclesiam ad ma-
re Balcheum inter Sarmathas sitam postulantibus cano-
nicis cōmendauit. Cuius possessionem frementibus ea in
regione crudelibus ⁊ atrocissimis bellis non dum assequi
potui. In vmbria que hoc tempore sub ducato Spoleta-
no continetur. pauce ciuitates intestinis seditionib⁹ caru-
erunt. Nursia Quincti Sertorij quondam patria Buelfa-
rum partium insidjs sepius agitata vix tandem respirare
potuit. Narnea quam Sulphureo gurgite cōditis amnis
circuit antipiti vix adeunda iugo Sibellinorum factione
depressa Buelforum consilio ductu quiescit. non Amerinis
non Reatinis. non Fulginatib⁹. non Vitanis. non ipsis
deniq; Spoletanis sine calamitates defuerūt. Sed Aluina
ciuitas omniū miserior inuenta est: que dum modo Bria-
chianā. modo Sfortianā factionem admittit: ⁊ nūc par-
tem que superior modo alteram que inferior est amplectit
se procellis fortune quaciandā prostituit: Picentium re-
gionem quam nostra etas Marchiam vocat Franciscus
Ciccomes Eugenio quarto pont. maximo tum reb⁹ Ba-
silienibus occupato: ac non solum Philippi Marie. Sed
Alfonsi quoq; Regis inimicitijs implicato. vna quodāmo-
do excursionē ademit: nonnullisq; post annis continuata
possessione retinuit: Interim captus amore puelle: que iter
virgines coniugi sue seruebat: ⁊ sibi multarum molestiarū
⁊ illi necis causā fuit: Perpetua ea vocata est. apud Ro-
uarienses honestis parentib⁹ orta. forma egregia ⁊ inge-
nuis morib⁹: nisi potentis domini decepta Blandicis vir-
ginitatem cum adulterio permutasset: hec cuz iam paulatim
incunesceret vterus ad tegendum facinus quesito qui eam
duceret viro despondetur: constituta nupciarum die voca-
tis amicis apparato grandī cōuiuio sponsus in oppido qd